



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

185. fer. 4. de aljs fructibus Venerabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

326 *Fer. 4. Dom. infr. Oct. Corp. Christ.*
Si febris est vas, fons est. Ita S. Ambros. de
lib. 3. de virg. 5. *Virtute huius tibi factum*
est, ut mortui resurgerent. Ita Rupert. lib. 6.
in Joann. 6. Prodest animabus Purgatorij,
quibus est quasi ros, ut habetur in vitis SS.
ideo in Sacro tertia pars Hostia mittitur in
calicem, in subsidium animarum. 7. Vene-
rabile prodest etiam inferno. Ita D. Isidor. de
offic. Eccles. lib. 2. cap. 28, *Valet etiam da-*
mnatis per modum diminutionis, quo enim plu-
res salvantur, pauciores damnantur, & ita mi-
nor erit pœna per subtractionem consortij eorū:
quod consortium epulo timens Luc. 16. 10-
gavit, ne fratres eò venirent.

MEDITATIO CLXXXV.

Fer. 4. Dom. infr. Oct. Corp. Christi.

De alijs fructibus Venerabilis.

Aspiciam Dominum Eucharisticum, quasi
carbunculum, ut ait D. Thomas Opusc.
58. cap. 22. *Carbunculum signat Corpus Do-*
mini de Altari sumptum, & charitate inflam-
matum, quod de manibus Seraphinorum nos
quoque, ut reficiamur, accipimus. Petam agno-
scere septem Christi actus, quos in Eucharis-
tia elicit, ut revelavit ipse S. Mechtidi.

Conf. 1. Actum Christi, quem elicit in Ve-
nerabili Humilitatem: quia nullus tam ma-
lus est, qui si ad Christum Eucharisticum ve-
niat, non acceptetur à Christo.

Christ.
prof. de
i factum
t. lib. 6.
gatorij,
viris SS.
tritur in
7. Vene-
fidor. de
stam da-
nim plu-
ita mi-
tij eorū:
c. 16. 10-

Fer. 5. Dom. infr. Oct. Corp. Christ. 327

1. Esse Patientiam: quia patienter sustinet quemvis peccatorem: & suum inimicum.

3. Esse Amorem: quia paratus est ad inflammandum quodvis cor obstinatum.

4. Esse liberalitatem: quia vult ditare quemvis pauperrimum.

5. Esse abundantiam: quia vult satiare omne cor, licet alias satiabile.

6. Esse Claritatem: quia vult illuminare presentiam suam quemvis caecum.

7. Esse Sanctitatem: quam vult ad fervorem & devotionem excitare quemvis segnem, & indevotum.

MEDITATIO CLXXXVI.

Christi.
bilis.
im, quasi
s Opusc.
opus Do-
te inflam-
orum nos
m agno-
Evchari-
idi.
icit in ve-
tam ma-
ticum ve-
s

Fer. 5. Dom. infr. Oct. Corp. Christi.

De reliquis fructibus Venerabilis.

Aspiciam SS. Eucharistiam pleniorum fructibus, quam sit Mare guttis, Sol atomis, Firmamentum stellis, Empyrium Spiritibus beatis: quia id agit Christus in Eucharistia, quod in caelo, sed in caelis exhibet nobis innumera bona, ibidemque offert Patri aeterno, quidquid egit, vel tulit. Petam agnoscere illos fructus caelestes, & consequi.

Conf. 1. Quomodo Christus in Venerabili agit advocatum nostrum circa precipuum negotium salutis nostrae. In primis circa Fidem, quae tripliciter illi committitur. 1. Ne
unquam